Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26946
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dominica prima post festum trinitatis

39

Dixebat unus turbis iudeorum et phisiorum
In illo tpe Homo quidam erat dives et induebat
purpura et bisso et epulabatur quotidie splendide
et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat
ad iamua eius vlceribus plenus cupiens satiari de micis
que cadebant de mensa divitis et
nemo illi dabat Sed et canes venebant et lin-
gebant vlcera eius factum est autem ut moreretur
mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe
Mortuus est autem dives et sepultus est in inferno
Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis
vidit abraham alongis et lazarum in
sinu eius et clamans dixit pater abraha mi-
serere mei et mitte lazarum ut intingat
extremum digiti sui in aqua ut refrigeret
linguam meam quia crucior in hac flamma
et dixit illi abraha fili recordare quia recepisti
in vita tua bona in vita tua et lazarus similiter mala
nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris et inter hos
omnes inter nos et vos chaos magnum firmatum
est Vt hi qui volunt hinc transire ad nos non
possint neque inde huc transeant et ait dives ad
abraha Rogo igitur te pater Vt mittas lazarum
in domum patris mei Habeo enim quinque fratres ut
testetur illis ne et ipsi veniant in hunc
locum tormentorum et ait illi abraha Habent moy-
sen et prophetas audiant illos et ille dives dixit
non pater abraha Sed si quis ex mortuis ierit ad eos
penitentiam agent Ait ad illum Si moysen et prophetas
non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent

Homo quidam erat dives et induebat se
luce 16 Dominica in illo tempore evangelium